



# BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

---

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59.

---

---

SECRETARIA DE CAMARA

---

CIRCULAR

Recordamos a los Sres. Párrocos y encargados de parroquias el mandato de Nuestro Santísimo Padre León XIII, en sus Letras Apostólicas de 27 de Diciembre de 1887, referentes a la *Colecta* que han de practicar, en sus respectivas iglesias, el Jueves y Viernes Santo, en el acto de adorar la Cruz, con destino a los Santos Lugares de Jerusalén.

Como en años anteriores, remitirán las limosnas colectadas a esta Secretaría de Cámara, que, a su vez, se encargará de enviarlas oportunamente a su destino.

Salamanca, 27 de Marzo da 1924.

DR. AGUSTIN PARRADO,

*Secretario.*

---

**LISTA de los ancianos pobres agraciados con la limosna del ropón para la ceremonia del Lavatorio en el día de Jueves Santo.**

Santos García Rodríguez, ochenta y nueve años, Arrabal del Puente (Salamanca).

Francisco Pérez Mariana, ochenta y siete años, La Purísima (Salamanca).

Federico Hernández Pérez, ochenta y tres años, La Catedral (Salamanca).

Alipio Gallego González, setenta y seis años, El Carmen (Salamanca).

Gregorio Durán Martín, setenta y cinco años, Alba de Tormes.

Domingo Salinero Domínguez, setenta y un años, La Catedral (Salamanca).

Florencio García Martín, sesenta y ocho años, Alba de Tormes.

Luis Rodríguez Blas, sesenta y ocho años, La Catedral (Salamanca).

Eustaquio Diego Sánchez, sesenta y ocho años, El Carmen (Salamanca).

José Pedraz Recio, sesenta y cuatro años, Calzada de Valdunciel.

Dos ancianos del Asilo de las Hermanitas de los Pobres.

*Suplente.*—Francisco Vicente del Horno, sesenta y dos años, El Carmen (Los Pizarrales).

*Nota.*—Los respectivos señores Curas párrocos tendrán la bondad de comunicarlo a los interesados, advirtiéndoles que deben presentarse el Miércoles Santo, a las once de la mañana, a recibir instrucciones.

---

## *S. S. Congregatio Sancti Officii*

---

### I

#### DECLARATIO

*circa dispensationem a lege ieiunii eucharistici ante Missam*

Supremae Congregationi S. Officii propositum fuit quaesitum: An sacerdotes dispensati a ieiunio eucharistico ante secundam «Missam, sumere possint ablutionem in prima».

Et Sacra Congregatio, feria IV, die 2 maii 1923, respondendum mandavit: *Affirmative*.

Insequenti vero feria V, die 3, dicti mensis et anni, Ssmus. D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, resolutionem Emorum. Patrum approbavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 16 Novembris 1923.

Aloisius Castellano, S. C. S. *Officii Notarius*.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1923, p. 585).

## II

### DECRETUM

*Feria IV, die 12 decembris 1923*

In generali consessu Supremæ S. Congregationis S. Officii Emi. ac Rmi. Dni. Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt, cum omnibus ipsius versionibus, opus, cui titulus:

VIGOUROUX, BACUEZ et BRASSAC.—*Manuel biblique, ou cours d'Écriture sainte à l'usage de Séminaires*.—Tome troisième: *Nouveau Testament* par A. BRASSAC, etc., *Douzième édition* totalement refondue. Paris 1907.—Tome quatrième: *Nouveau Testament* par A. BRASSAC, *Douzième édition*, etc. Paris 1909.

Tome Troisième. *Nouveau Testament* par A. BRASSAC, etc. *Troisième édition*, etc. Paris 1910; Tome quatrième, *Nouveau Testament* par A. BRASSAC, etc. *Troisième édition*. Paris 1911.

*Ancien Testament*. *Quatorzième édition* revue par A. BRASSAC, etc., avec la collaboration de J. DUCHIER, etc. Tome premier etc. Paris 1917. Tome deuxième, etc. Paris 1920. *Nouveau Testament* par A. BRASSAC. *Quatorzième édition* entièrement revue. Tome troisième. Paris 1913. Tome quatrième. Paris 1916.

Tome troisième *Nouveau Testament* par A. BRASSAC, etc. *Quinzième édition* entièrement revue. Paris 1920.

El insequenti feria V, die 12 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 15 decembris 1923.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius.*

---

Ad R. D. moderatorem supremum societatis presbyterorum  
a Sancto Sulpicio

## EPISTOLA

Reverendissime Domine:

Iam pluribus ab annis multi conquerebantur de opere quod inscribitur «Manuel biblique ou Cours d' Escriture Sainte a l' usage des Seminaires» a D. Vigouroux et D. Baccuez, Societatis S. Sulpitii presbyteris, primum quidem exarato, sed postmodum a D. Brassac, eiusdem Societatis sodali, funditus retracto. Ipsa Sancta sedes iam animum ad rem converterat, quum Reverentia Tua, anno 1920, a Summo Pontifice supplicibus precibus petiit, ut totum opus Romae examini subiiceretur eaque omnia, quae forte inibi corrigenda essent, describerentur, ut in nova editione emendari possent. Cui petitioni, licet prorsus insolitae, Summus Pontifex Benedictus f. m. Pp. XV benigne annuit atque huic Supremae Congregationi volumina recognoscenda commisit.

Examine autem, pro rei momento, mature ac diligentissime peracto, manifestum apparuit opus laborare multis gravibusque vitiis, quae illud ita pervadunt et inficiunt, ut prorsus impossibilis foret ipsius emendatio. Omissis enim quamplurimis aliis erroribus, D. Brassac circa inspirationem Sacrae Scripturae et eius inerrantiam, praesertim in rebus historicis, ubi inter substantiam narrationis et adiuncta distinguit, circa authenticitatem et veritatem historicam plurium librorum inspiratorum, ea habet quae decretis dogmaticis sacrorum Conciliorum Tridentini ac Vaticani ceterisque documentis magisterii ecclesiastici, ut ecce Litteris Ency-

clis Leonis XIII ac Pii X, decretis S. Officii et Pontificiae Commissionis de re biblica, necnon toti traditioni catholicae evidenter adversantur.

Quod speciatim ad inerrantiam absolutam Sacrae Scripturae attinet sufficiat in mentem revocare doctrinam Leonis XIII in Encyclica *Providentissimus*; «Nullatenus toleranda est eorum ratio, qui falso arbitrantur, de veritate sententiarum cum agitur, non adeo exquirendum quaenam dixerit Deus, ut non magis perpendatur quam ob causam ea dixerit. Etenim libri omnes atque integri, quos Ecclesia tamquam sacros et canonicos recepit, cum omnibus suis partibus, Spiritu Sancto dictante, conscripti sunt; tantum vero abest ut divinae inspirationi error ullus subesse possit, ut ea per se ipsa, non modo errorem excludat omnem, sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum, summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esse. Haec est antiqua et constans fides Ecclesiae, solemniter etiam sententia in Concilio Florentino et Tridentino; confirmata denique atque expressius declarata in Concilio Vaticano... Quare nihil admodum refert, Spiritum Sanctum assumpsisse homines tamquam instrumenta ad scribendum, quasi, non quidem primario auctori, sed scriptoribus inspiratis quidpiam falsi elabi potuerit. Nam supernaturali Ipse virtute ita eos ad scribendum excitavit et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia eaque sola quae ipse iuberet, et recte mente conciperet, et fideliter conscribere vellent, et apte infallibili veritate exprimerent; secus, non Ipse esset auctor Sacrae Scripturae... Consequitur, ut qui in locis authenticis Librorum sacrorum quidpiam falsi contineri posse existiment, ii profecto aut catholicam divinae inspirationis notionem pervertant aut Deum ipsum erroris faciant auctorem».

Eandem doctrinam contra Modernistas defendit S. Officium damnando prop. XI in decreto *Lamentabili*; «Inspira-tio divina non ita ad totam Scripturam extenditur, ut omnes et singulas eius partes ab omni errore praemuniat».

Tandem, in decreto Pontificiae Commissionis Biblicae diei 18 iunii 1915 edicitur, ex dogmate catholico de inspiratione et inerrantia Sacrarum Scripturarum consequi quod «omne id quod hagiographus asserit, enuntiat, insinuat, retineri debet assertum, enuntiatum, insinuatum a Spiritu Sancto».

Falsa etiam D. Brassac utitur methodo, quum, neglecat

nimis expositione positiva integrae doctrinae catholicae, animo specietenus indifferenti proponit ex una parte argumenta, quae stant pro sententia traditionali, ex altera vero studiose affert rationes, quae arte critica, quam vocant, ex indiciis internis accumuluntur ad novas opiniones comendandas, quin harum rationum inefficaciam atque debilitatem verbo indicet. Et ita parvi facit monitum Leonis XIII: «Perperam et cum religionis damno inductum est artificium, nomine honestatum criticae sublimioris, quo, ex solis internis, uti loquuntur, rationibus, cuiuspiam libri origo, integritas, auctoritas diiudicata emergant. Contra, perspicuum est, in quaestionibus rei historicae, cuiusmodi origo et conservatio librorum, historiae testimonia valere prae ceteris, eaque esse quam studiosissime et conquirenda et excutienda: illas vero rationes internas plerumque non esse tanti, ut in causam, nisi, ad quamdam confirmationem, possint advocari». Aliud etiam vetat Summus Pontifex in eadem Encyclica, scilicet ne in quaestionibus quae ad eruditionem faciunt, «plus temporis tribuatur et operae, quam pernoscendis divinis Libris, neve corrogata multiplex rerum cognitio mentibus iuvenum plus incommodi afferat quam adiumenti».

Non paucas habet Auctor interpretationes quae sensui Ecclesiae omnino refragantur. Lamentanda sane res, quum Concilium Tridentinum decreverit, «ut nemo, suae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, Sacram Scripturam ad suos sensus detorquens, contra eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam Sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent». Quam praescriptionem Patres Concilii Vaticani his verbis declararunt: «Quoniam vero quae Sancta Tridentina Synodus de interpretatione divinae Scripturae ad coercenda petulantia ingenia salubriter decrevit, a quibusdam hominibus prave exponuntur, Nos idem decretum renovantes hanc illius mentem esse declaramus, ut in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, is pro vero sensu Sacrae Scripturae habendus sit, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, atque ideo nemini licere

contra hunc sensum, aut etiam contra unanimum consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari».

Generatim autem Auctor, licet sententias *scholae largioris*, quas studiose proponit, non semper aperte amplectatur, ad eas tamen inclinatur, et saepius adhibet locutiones ambiguas et formulas captiosas, quae utroque modo, tum orthodoxo tum opinionibus eiusdem *largioris scholae* favente, intelligi possunt, immemor aureae illius regulae quam Pius X ab omnibus Sacram Scripturam praelegentibus stricte servari praecepit: «Doctor Sacrae Scripturae tradendae sanctum habebit numquam a communi doctrina ac traditione Ecclesiae vel minimum discedere; utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commentaria negliget, idem eas dumtaxat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intelligentiam et defensionem Scripturarum conducat; denique rationem magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur». (Litt. Apost. *Quoniam*, 27 martii 1906, § 13).

Nihil Auctor curat, ut parum dicamus, decisiones Pontificiae Commissionis Biblicae, de quibus Pius X edicit: «declaramus expresseque praecipimus universos conscientiae obstringi officio sententiis Pontificalis Consilii de Re Biblica, sive quae adhuc sunt emissae, sive quae posthac edentur, perinde ac Decretis Sacrarum Congregationum, pertinentibus ad doctrinam probatisque a Pontifice, se subiiciendi».

Quin D. Brassac haec praecepta sancte servet, potius vim argumentorum quae favent doctrinae communiter receptae enervat dum e contrario fortiter difficultatibus ab adversariis allatis insistit; saepe documenta magisterii ecclesiastici negligit vel eorum sensum ad propria placita pervertit; indolem praeternaturalem vel miraculosam plurium factorum ab hagiographis narratorum vel silentio premit vel ad minimum reducit; vaticiniis messianicis non raro omnem fere vim probandi adimit; in multis a recto tramite doctrinae theologicae deflectit; plus aequo tribuit auctoribus heterodoxis vel scriptoribus catholicis theoriis liberioribus imbutis, dum Leo XIII declarat, minimum dedecere «ut quis egregiis operibus, quae nostri abunde reliquerunt, ignoratis aut despectis, heterodoxorum libros praeoptet, ab eisque cum praesenti sanae doctrinae periculo et non raro cum detrimento

fidei, explicationem locorum quaerat, in quibus catholici ingenia et labores suos iamdudum optimeque collocarint», nec incorruptum Sacrarum Litterarum sensum ab eis tradi posse, qui verae fidei expertes, Scriptura non medullam attingunt, sed corticem rodunt». Tandem quasi nihil habet quod pietatem favere possit, ac ita spiritum, quo antiquum D. Vigouroux opus praestabat, penitus immutavit.

Quae omnia eo graviora sunt quod agitur de «Manuali» quod in manibus versatur tot alumnorum sanctuarii, quorum institutioni Ecclesia materna cum sollicitudine invigilare debet. Ipsa enīa vehementer cupit ut ii, qui in spem altaris succrescunt, reverentiam ac amorem altissimum erga Sacram Scripturam concipiant, ita ut, sacerdotio aucti et vineam Domini ingressi, experimento noscant quam sit «utilis omnis Scriptura divinitus inspirata ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus». (II *ad Tim.*, III, 16, 17).

Quare Emi. ac Revmi. DD. Cardinales una mecum Inquisitores Generales latum die 12 huius mensis praefati operis damnationis decretum edere sui muneris esse duxerunt, ac simul cetera nondum evulgata decimaequintae editionis volumina operis «Manuel biblique» imprimi omnino prohibuerunt.

Haec autem omnia SSmus Dominus Noster Pius PP. XI, suprema Sua auctoritate probata ac confirmata, tecum communicanda mandavit.

Et fausta cuncta atque felicia tibi adprecor.  
Romae, 22 decembris 1923.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

---



# *Sacra Congregatio Concilii*

A)

TURONEN

Recognitionis Concilii provincialis

DECRETUM

Quum Codex iuris canonici canone 290 praescribat ut «Patres in Concilio provinciali congregati studiose inquirent ac decernant quae ad fidei incrementum, ad moderandos mores, ad corrigendos abusus, ad controversias componendas, ad unam eandemque disciplinam servandam vel inducendam, opportuna fore pro suo cuiusque territorio videantur»; haec omnia maxime solliciti praestare curarunt Episcopi ecclesiasticae provinciae Turonensis in Gallia, qui, ipso Archiepiscopo praeside, in ecclesia a S. Martino tantopere illustrata, coadunati sunt. Acta autem et decreta Concilii provincialis, omni diligentia et studio absoluta, idem Turonensis Archiepiscopus iudicio Sanctae Sedis pro canonica revisione ac recognitione, uti par erat, reverenter subiecit.

Quare Emi. Patres huius Sacrae Congregationis Concilii, maturo examine instituto, in plenariis comitiis die 14 iulii 1923, memorata Concilii provincialis Turonensis decreta, nonnullis tantum emendationibus inductis, plene recognoverunt, firmam spem foventes ex eorum observantia magnum religioni et animarum saluti emolumentum obventurum.

Facta autem de his omnibus relatione Ssmo. Domino nostro Pio Pp. XI in audientia diei 16 eiusdem mensis iulii, Sanctitas Sua Emorum. Patrum resolutionem libenti animo approbare et confirmare dignata est, atque hac super re praesens edi iussit decretum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Concilii, die 18 mensis iulii anno 1923.

D. CARD. SBARRETTI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

I. Bruno, *Subsecretarius*.

CONCHEN

Onerum canonicalium

FACTI SPECIES.—Canonici de officio ecclesiae cathedralis Conchensis, nempe Doctoralis, Poenitentiarius, Magistralis et Theologus, mense martio 1921 exponebant Commissioni a Codice iuris canonici interpretando, praeter onera a iure imposita suis praebendis alia addita fuisse ab Episcopo et Capitulo vi Concordati, et quidem in ipsa schedula convocatoria concursus (vulgo *Edicto*): nempe canonico Doctorali onus praedicandi quatuor sermones de tabella in ecclesia cathedrali et insuper canones et institutiones canonicas quotidie in Seminario legendi; Poenitentiario onus quatuor sermones item habendi in cathedrali et legendi in Seminario theologiam moralem; Magistrali onus legendi theologiam dogmaticam; Theologo onus quater concionandi in ecclesia cathedrali. Satisfactio vero horum onerum, subdebant, est omnino gratuita et, praeter laborem, non paucas secumfert expensas in libris, periodicis, etc.

Iamvero canonici supra dicti existimant talia onera sese opponere praescriptis Codicis iuris canonici, videlicet canonici 1440 praescribenti *ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*; canonici 421 deneganti distributiones chorales illis *qui de licentia Ordinarii in scholis ab Ecclesia recognitis sacram theologiam aut ius canonicum docent*.

Quod autem attinet ad conciones iidem canonici putant huiusmodi obligationem non posse addi canonicis, ad sensum canonis 1328, cui concinunt Regulae datae a Sacra Congregatione Consistoriali die 28 iunii 1917, cap. II, numerus 14 17.

Hisce innixi rationibus canonici dictis oneribus gravati a Pontificia Commissione interprete Codicis I. C. expetebant solutionem dubiorum quae sequuntur:

1. *Utrum post Codicem iuris canonici sustineri possint onera in schedula convocatoria canonicis de officio imposita, in casu?*

Et, quatenus affirmative.

2. *Utrum haec onera debeant a predictis canonicis impleri, non solum absque ulla retributione, sed etiam non modicis ex proprio peculio sumptibus, in casu?*

3. *Utrum canonicus Theologus et Poenitentiarius ex canonis 416 praescripto eximantur a ministerio diaconi et subdiaconi in altaris servitio etiam in Missis Pontificalibus.*

Pontificia vero Commissio Codicis iuris canonici interpres eorundem canonicorum petitionem ad hanc Sacram Congregationem remisit.

VOTUM CONSULTORIS.—Ad 1<sup>um</sup> quod attinet, onera imposita canonicis de officio sustinenda videntur.—Iam in via praeiudiciali observari potest dispositionem canonicam praecipientem ecclesiastica beneficia sine diminutione conferri (can. 1440), non esse novam, sed a veteri jure desumptam fuisse; ubi in III Decretalium titulus XII erat iscriptus: *Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* Si igitur impositio talium onerum stare poterat in iure veteri, stare etiam potest in iure novo.

Sed ut propius accedamus ad propositum dubium, referre heic praestat verba R. Decreti concordati sub die 21 martii 1851 et alius sub die 6 decembris 1888 (cf. Ferreres, *Instit. can.*, tit. III, n. 694): «Ordinarii, audito Capitulo, et attenta necessitate et utilitate ecclesiae, designabunt munus quod singulis canonicatibus aut beneficiatibus per oppositionem providendis imponendum sit». Quod R. Concordatum Decretum Codex in suo vigore relinquit, velut si Codex ipse promulgatus non esset. can. 3: «Codicis canones initas ab Apostolica Sede cum variis Nationibus conventiones nullatenus abrogant aut iis aliquid obrogant; ea idcirco vigere pergunt, contrariis huius Codicis praescriptis minime obstantibus». Et ratio ea esse videtur, quia huiusmodi leges particulares legis simul ecclesiasticae et civilis rationem habent, quum originem traxerint ex conventionem inter utramque potestatem.—Stat igitur ex dictis onerum impositio, non obstante praescripto canonis 1440.

Ex inde iam patet eam impositionem non adversari vigenti Hispaniae disciplinae, ex Concordato inductae, nec canonis 421. Differentia inter disciplinam illic vigentem et canonem 421, 1.º, in hoc est quod per illam Capitulares teneantur docere vi muneris a competenti auctoritate impositi, ad instar muneris canonici Theologi; hic vi obedientiae Ordinario debita. Sed nil inde conficitur favore recurrentium.

Nec obstat canon 1328: «Nemini ministerium praedicationis licet exercere nisi a legitimo Superiore missionem receperit, facultate peculiariter data, vel officio collato, cui ex

sacris canonibus praedicandi munus inhaereat»; isti enim canonici *facultate peculiariter ipsis data*, h. e. collatione beneficium, id munus adnexum per peculiarem legem habentis, tenentur aliquos habere sermones, etc.; et aliunde notum est: «Legibus conditis pro aliquo territorio ii subiiciuntur pro quibus latae sunt» (can. 13, § 2).

Ad 2<sup>um</sup> dubium quod spectat, canonici neque ius ad retributionem habent neque ad indemnitate expensarum pro libris acquirendis, etc., ceu resolvit S. C. C., 22 apr. 1882 et 17 iulii eiusdem anni. Ratio ea videtur esse, quia canonici eo ipso quod se praesentant ad concursum—in cuius indicatione seu *Edicto* leguntur onera specialia persolvenda—spe moti hos canonicatus consequendi, et beneficialibus muneribus gravatos acceptant, obligationem contrahunt munera explendi, et quidem explendi sine iure ad retributionem et ad indemnitate supra dictas. Verum id stricto iure inspecto; nihil tamen vetat quominus, titulo refectionis expensarum, vel aliquid ipsis tribuatur, vel alio modo iisdem provideatur, sicut Episcopus in casu iam se fecisse refert.

Modo de 3.<sup>o</sup> dubio. Canon 416 sic se habet: «In statutis capitularibus iusta designetur norma ad quam canonici et beneficiarii in servitio altaris fungantur per turnum tum officio celebrantis tum ministerio diaconi ac subdiaconi, exclusis tamen ab hoc ministerio dignitatibus, canonico theologo, poenitentiario et, si praebendae distinctae habeantur, canonicis ordinis presbyteralis». Ex ipsa enunciatione canonis iam patet heic agi de turno ordinario in servitio altaris in quo locum habent vel soli beneficiarii vel soli canonici, vel canonici uti celebrantes et beneficiarii ministerio diaconi et subdiaconi fungentes. In hoc turno quidem excludi valent a ministerio diaconi et subdiaconi etiam canonici theologus et poenitentiarius; sed aliter se res habet in Missis Pontificalibus, ceu declaravit Sacra Congregatio Concilii die 14 febr. 1920 in causa *Boianen.*, Servitii choralis (*A. A. S.*, XII, 117).

Quare, etc.

RESOLUTIO.—Die 10 martii, in plenariis comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii respondendum propositis dubiis censuere:

Ad 1<sup>um</sup> *Affirmative*.

Ad 2<sup>um</sup> *Affirmative*.

Ad 3<sup>um</sup> Detur resolutio in *Boianen.* diei 14 februarii 1920.

Factaque postmodum de praemissis relatione SSmo.

Domino Nostro Pio div. Prov. XI per infrascriptum Sacrae Congregationis Subsecretarium, Sanctitas Sua datas resolutiones approbare dignata est.

I. Bruno, *Subsecretarius*.

---

## REAL DECRETO CREANDO UNA JUNTA ECLESIASTICA

### PARA LA PROVISION DE PREBENDAS

---

La *Gaceta* del día 14 del pasado publicó el siguiente real decreto:

«Señor: Desea continuar el Directorio su labor de ir marcando reglas y normas para la provisión de destinos y la concesión de ascensos, dejando el menor margen a la recomendación y a la influencia, que tanto estrago han hecho en la fe profesional y en la confianza pública.

En este sentido y con matices varios, según el carácter de cada profesión, se encaminan las disposiciones por vuestra majestad ya sancionadas, de aplicación a la Magistratura, al Ejército y a los Ingenieros civiles, y la que hoy sometemos a la aprobación de vuestra majestad, con el fin de que potestad tan elevada como la Iglesia, sin sustraerse al alto Patronato del Rey intervenga y vigile por sí misma las cualidades del personal que ha de servirla, ya que por la elevada y ejemplar misión que ejerce, el prestigio colectivo es para ella más necesario y más sensible ante la pública opinión.

Con estos fundamentos, el presidente del Directorio militar, de acuerdo con éste, somete a vuestra majestad el presente proyecto de decreto:

#### PARTE DISPOSITIVA

Artículo 1.º Se crea una Junta eclesiástica, delegada de su majestad el Rey, para proponerle, como Patrono de las iglesias de España, las personas que deban ocupar las pre-

bendas y beneficios vacantes cuya provisión corresponde a la Corona en virtud del Concordato vigente y disposiciones legales posteriores.

Quedan exceptuadas aquellas vacantes cuya propuesta para la provisión esté conferida actualmente por disposiciones especiales a cualquiera autoridad, entidad o Corporación, así como las que hoy se proveen por oposición.

Art. 2.º Esta Junta, que se denominará Junta Delegada del Real Patronato Eclesiástico, estará compuesta por el Arzobispo de Toledo, que será su presidente nato, y de un Arzobispo y dos Obispos titulares de iglesias de España; de un prebendado dignidad, de un canónigo y de un beneficiado, pertenecientes al Cabildo de cualquier iglesia Catedral o Colegiata del reino.

Ejercerá funciones de secretario de la Junta el vocal que la misma designe.

En el caso de quedar vacante la Presidencia, la desempeñará provisionalmente el Arzobispo más antiguo de los que no pertenezcan a la Junta.

Art. 3.º El Episcopado español elegirá los Prelados que hayan de ser vocales de la Junta, en la forma que tengan por conveniente; pero la elección de los demás vocales se hará por voto corporativo de cada Catedral o Colegiata, computándose en cada una de ellas un voto por clase de aquellas a que hayan de pertenecer los elegidos, remitiéndose en pliego cerrado las actas de elección al Excmo. señor Arzobispo de Toledo, quien procederá al escrutinio, asociado de un capitular y de un beneficiado de la Santa Iglesia Primada, designados como escrutadores por las respectivas entidades. A la vez, y en idéntica forma que cada vocal, será elegido un sustituto de igual clase para el mismo.

El resultado de las elecciones se comunicará al ministerio de Gracia y Justicia, para que se proceda al nombramiento de todos los que han de componer la Junta.

Art. 4.º La Junta, excepto el presidente, se renovará cada dos años, y su constitución se participará al ministerio de Gracia y Justicia. La primera elegida cesará en 31 de diciembre de 1925.

En su primera reunión procederá la Junta a dictar el reglamento por el que haya de regirse.

Art. 5.º Para la elevación de presbíteros al Episcopado, los Prelados que pertenezcan a la Junta harán en el mes de enero de cada año clasificación de un número aproximado

al de posibles vacantes, que, con señalamiento de sus méritos y condiciones y carácter reservado entregarán al ministerio de Gracia y Justicia, que ha de tener muy en cuenta este antecedente para las propuestas a su majestad.

La promoción a los Arzobispados, así como los destinos de todos los Prelados, será a propuesta del Gobierno de su majestad.

Art. 6.º Al declarar el ministerio vacante uno de los cargos comprendidos en el artículo primero de este decreto, se dará traslado de la declaración al presidente de la Junta, para que se anuncie la vacante en los *Boletines Oficiales* de todas las diócesis y puedan los aspirantes acudir ante la mencionada Junta.

Los que residan en Canarias y Baleares podrán solicitar las vacantes por telégrafo, a reserva de presentar, en el término que la Junta les fije, la documentación necesaria.

Art. 7.º La Junta elevará a su majestad, por conducto del ministerio de Gracia y Justicia, que la acompañará a la propuesta, relación nominal, conceptuada por merecimientos, de los aspirantes a quienes considere con la virtud y capacidad necesarias para ocupar cada vacante que se trate de proveer y que además reúna las condiciones exigidas por el real decreto de 20 de abril de 1903 y demás disposiciones vigentes. En dicha relación podrán figurar también los que no hayan solicitado la vacante, si constasen a la Junta sus merecimientos.

A las propuestas se acompañarán los testimoniales de los incluidos en ellas.

Cuando la elección constituya simples traslados, la relación de aspirantes se formará por orden de mayor edad.

Art. 8.º La Junta, al elevar la propuesta, participará al ministerio las exclusiones acordadas, y sólo en el caso de que éstas se funden en la falta de aptitud que exige el real decreto de 20 de abril de 1903, podrá recurrir el interesado al ministerio, dentro de los quince días siguientes al de la notificación que la Junta habrá de hacerle el día de la remisión de las propuestas.

Art. 9.º La Junta, en cada caso, se proporcionará los datos y antecedentes que crea oportunos, no prescindiendo en ninguno de ellos del informe de los ordinarios interesados en la provisión de la vacante.

*Disposiciones adicionales.*

La Junta fijará en el reglamento el lugar donde ha de funcionar, y recabará las facilidades necesarias para los vocales que no tengan en él su residencia.

Los trabajos auxiliares de la Junta serán desempeñados por eclesiásticos que la misma designará libremente, los cuales se considerarán asimilados a secretarios de cámara, para los efectos de las categorías establecidas en el real decreto de 20 de abril de 1903.

Interin se provee a los gastos de la Junta, cada diócesis satisfará en la misma los derechos devengados por las testimoniales que se expidan a favor de los aspirantes a prebendas.

Dado en Palacio a 10 de marzo de 1914.—ALFONSO.

---

## MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

---

REAL ORDEN DE 6 DE DICIEMBRE DE 1923

Vista la instancia formulada por D. Cipriano Santamaría Maeso y otros, en nombre propio y de los Sacerdotes condecorados con la Cruz de Beneficencia,

S. M. el Rey (q. D. g.), de acuerdo con el muy reverendo Nuncio Apostólico, se ha servido disponer que el artículo 17 del Real decreto concordado de 20 de Abril de 1903, se considere ampliado por adición de un tercer párrafo concebido en los siguientes términos: «Del mismo beneficio disfrutarán los Sacerdotes condecorados con la Cruz de Beneficencia, para quienes será de dos años el tiempo abonable por este concepto».

---



# CUESTIONARIO

de la Tercera Asamblea Nacional de Prensa Católica  
que se celebrará en Toledo del 12 al 15 de Junio de 1924

---

## I.—*Periodistas*

1 Qué medios A) *morales*, B) *técnicos*, C) *económicos* conviene utilizar para la formación de los futuros periodistas católicos (verbi gracia: Conferencias doctrinales, cursos técnicos, premios en certámenes, etc.)

2 Qué medios A) *morales*, B) *técnicos*, C) *económicos* conviene utilizar para hacer más eficaz la labor de los actuales periodistas católicos (v. gr.: Ejercicios espirituales, bibliotecas, congrua dotación, etc., en cuanto al personal de redacción, y los mismos u otros medios en cuanto al personal de administración, talleres, etc.)

## II.—*Publicaciones*

3 Qué nuevas publicaciones católicas conviene crear (v. gr.; Infantiles, parroquiales, etc.)

4 Qué medios de perfeccionamiento conviene proporcionar a las publicaciones católicas actualmente existentes (verbi gracia: Informaciones semigratuítas, colaboraciones valiosas, utilización de medios modernos como la radiotelefonía, etc.)

## III.—*Uniones prácticas*

5 Formas de cooperación que pueden establecer en beneficio propio, tanto el personal de nuestras publicaciones (de redacción, de administración, de talleres, etc.) como las mismas publicaciones consideradas como entidades (verbi gracia: De material, de corresponsales administrativos, de crédito, etc.)

#### IV.—*Comisión permanente*

6 Estatutos o bases de un organismo permanente que la Asamblea debe constituir para llevar a la práctica sus conclusiones, y que además pueda ser delegado del *Comité de Prensa* de Rvdmos. Prelados, con las atribuciones que ellos le confieran, y a la vez representante de los periodistas y publicaciones católicos en las gestiones que éstos le confíen ante las autoridades eclesiásticas o civiles.

#### *Notas*

Los trabajos que se presentarán a la Tercera Asamblea Nacional de Prensa Católica en Toledo son de dos clases: 1.<sup>o</sup>) Memorias, más o menos extensas y razonadas, con sus correspondientes conclusiones. 2.<sup>o</sup>) Simples conclusiones, en forma de Proposición a la Asamblea. Indistintamente podrán presentarse trabajos de una u otra clase o de ambas a la vez, firmadas o anónimas, y en número ilimitado, a cada uno de los temas.

---

Las Memorias y proposiciones deberán enviarse al *señor Secretario del Comité Organizador de la Tercera Asamblea de Prensa Católica* (calle de la Sal, núm. 6, Toledo) antes del 1.<sup>o</sup> de Mayo. El Secretario a su vez, pasada dicha fecha, remitirá las que hayan sido recibidas al Ponente del tema a que correspondan.

Para más detalles, consúltese el Reglamento de la Asamblea.

---

El día 4 del pasado, se celebró en Madrid una sesión preparatoria bajo la presidencia del Emmo, Cardenal Primado, quedando constituida una Junta compuesta de personas prestigiosas en la prensa y propaganda Católica, que con sus luces y entusiasmos dará impulso a los trabajos para que la Asamblea resulte tan brillante como fructuosa en orden a los altos fines que en su éxito están interesados.

## HOMENAJE DEL SEMINARIO PONTIFICIO

A SANTO TOMAS DE AQUINO

---

El Seminario de esta diócesis en unión de los PP. Dominicos de San Esteban, ha celebrado con extraordinaria solemnidad y patente entusiasmo cultos espléndidos y grandiosa velada con el fin de honrar al Angel de las Escuelas, el excelso Santo Tomás de Aquino, en el sexto Centenario de su Canonización, en conformidad con las altas indicaciones del actual Romano Pontífice en su Encíclica «*Studiorum Ducem*» 29 Junio 1923 y con los encarecimientos de nuestro Reverendísimo Prelado.

En la imposibilidad de detenernos a hacer reseña detallada de cada uno de los actos, nos limitamos a insertar el programa de la velada:

INTRODUCCIÓN.—*Salve, Regina*, de Orlando Lasso, a 4 voces mixtas.

PRIMERA PARTE.—I. *Canonización de Santo Tomás*. Discurso por el R. D. Benigno García Elices, del Seminario.

II. «*Quasi arcus refulgens*». Melodía gregoriana, por la Schola Cantorum.

III. *El amor es un ala del genio*. Prosa, por el R. Fr. Juan Blázquez, O. P.

IV. «*Jesu, dulcis memoria*», de Mitterer, a cuatro voces mixtas.

V. *Santo y sabio*. Poesía, por D. José Calvo, del Seminario.

VI. *Canto crepuscular*, de Mendelshon, a cuatro voces.

VII. *Aurora de un buen día*. Poesía, por el R. Fr. Sadoc Lerga, O. P.

VIII. «*Sapientiam ejus...*» Melodía gregoriana.

• IX. *Mi libro*. Poesía, del R. D. José Monge, del Seminario.

X. *La última Cena*, del M. Perossi, solo de barítono y coro a cuatro voces.

SEGUNDA PARTE.—I. *Santo Tomás, Doctor Universal de la Iglesia*. Discurso por el R. Fr. Antonio Trancho, O. P.

II. "*O Doctor optime*", del M. Baagh, a dos coros de cuatro voces iguales.

III. *El Buey mudo*. Poesía del seminarista D. Felicísimo Martín Sánchez.

IV. *Ave María*, de Victoria, a cuatro voces mixtas.

V. *Angel y Doctor*. Poesía, por Fr. César Fernández, Orden de Predicadores.

VI. "*In medio Ecclesiae*", Melodía gregoriana.

VII. *Obediencia de Santo Tomás*. Poesía por D. Francisco Vargas, del Seminario.

VIII. *La Creación*, de Haydn, solo de tiple y coros.

IX. *Canto del cisne*. Poesía, por Fr. Tomás Latorre, Orden de Predicadores.

X. *Marcha de Lohengrin*, de Wagner, a dos coros de voces mixtas.

Los números de música fueron cantados por la Schola Polifónica del Seminario, integrada por la Casa de Estudios de San Esteban, bajo la dirección del Profesor D. Bernardo García Bernalt.

Las Melodías gregorianas estuvieron a cargo de la Schola Cantorum, dirigida por el Maestro R. D. Honorato Pérez. Todos fueron muy aplaudidos.

---

## CERTAMEN CIENTÍFICO

Organizado por la Facultad de Derecho de la Universidad de Salamanca con motivo del VI centenario de Santo Tomás de Aquino.

### TEMAS

1.º «Exposición y crítica de los modernos sistemas jurídicos a la luz de la teoría tomista del conocimiento.—Premio: tres mil pesetas.

2.º «La teoría de la ley, según Santo Tomás, y la concepción realista y positiva de la norma jurídica».—Premio: mil pesetas.

3.º «La doctrina política de Santo Tomás y las modernas concepciones del Estado». Premio: quinientas pesetas.

4.º «La doctrina de la justicia, según la *Suma Teológica*».—Premio: quinientas pesetas.

5.º «Las cátedras de Santo Tomás y los lectores de ellas, en la Universidad de Salamanca».—Premio: doscientas cincuenta pesetas.

6.º «El principio de individuación según Santo Tomás, y el concepto de persona jurídica».—Premio: doscientas cincuenta pesetas.

### CONDICIONES

1.<sup>a</sup> Todos los trabajos que concurren a este Certamen serán inéditos y escritos a máquina, o con caracteres bien legibles, si estuvieran manuscritos.

2.<sup>a</sup> El plazo para su presentación terminará el 31 de Diciembre del corriente año.

3.<sup>a</sup> En el primer pliego de cada uno de los trabajos que se presenten, irá escrito un lema, que se repetirá en la parte exterior de un pequeño sobre cerrado, donde se habrá incluido el nombre y dirección del autor. Si contuviera el trabajo alguna nota o signo que revelara el nombre de aquél, se le considerará excluido del Certamen.

4.<sup>a</sup> Los trabajos y sobres a que se refiere la condición anterior, serán dirigidos al «Decanato de la Facultad de Derecho de la Universidad de Salamanca», y allí se clasificarán por los temas del Certamen, y se numerarán por el orden de entrega en la oficina.

5.<sup>a</sup> La Comisión nombrada por la Facultad de Derecho de Salamanca, para organizar este Certamen, será la que, por sí o con la cooperación de las personas que libremente designe, constituya el jurado encargado de calificar los trabajos y de adjudicar los premios.

6.<sup>a</sup> Pasado el plazo que se establece en la condición segunda, el Jurado apreciará el mérito de los trabajos recibidos, y resolverá si ha de concederse o no a alguno de ellos el premio correspondiente. A los autores se les notificará el fallo favorable del Jurado, y a este efecto, se abrirá el pequeño sobre, señalado con el lema.

7.<sup>a</sup> Los trabajos se archivarán en el Decanato de la Facultad de Derecho y, sin abrirlos, se inutilizarán los sobres que contengan los nombres de los autores no premiados.

8.<sup>a</sup> El autor de todo trabajo premiado, entregará gratuitamente a la Facultad de Derecho cincuenta ejemplares del mismo, en el caso de imprimirlo.

9.<sup>a</sup> El acto de adjudicación de premios se efectuará en sesión pública, dentro del mes de Marzo de 1925, y constituirá una de las solemnidades que oportunamente han de organizarse en honor del Santo.

Salamanca, 30 de Marzo de 1924.

La Comisión de la Facultad, *Nicasio Sánchez Mata*, Decano.—*Teodoro Andrés Marcos*, Catedrático de Derecho Canónico.—*Nicolás Rodríguez Aniceto*, Catedrático de Derecho Político.

*Nota.*—Cuando esté ultimado el presupuesto de gastos del Certamen, se publicarán los nombres de las personas y entidades que han contribuido a sufragarlos. Anticipadamente, la Comisión organizadora cumple gustosa el deber de testimoniarles su sincero reconocimiento.

---

## OBRA PÍA DE REVILLA DE LA CAÑADA

---

Habiendo de procederse en el mes de Junio próximo al primer reparto de rentas de esta Obra Pía, del presente año, se anuncia así en virtud del art. 26 de los Estatutos, a fin de que las instituciones de Beneficencia particular que ten-

gan opción a sus auxilios establecidas en Madrid y en las provincias de Avila y Salamanca puedan dirigir sus solicitudes autorizadas con el sello de la institución y firma de su Jefe o Director a la Secretaría del Patronato, establecida actualmente en Madrid, calle de la Cruzada, número 4, entre-suelo.

Dichas solicitudes se presentarán en el término de dos meses, a contar desde el 1.º de Marzo al 30 de Abril del corriente año.

Terminado dicho plazo no se dará curso a ninguna instancia, así como tampoco lo obtendrán las que se dirijan a los Patronos por conducto diferente al expresado.

Durante el mismo tiempo, en dicho local y en iguales circunstancias, se admitirán las solicitudes favorablemente informadas por los respectivos Diocesanos, de las iglesias y sacerdotes pobres de las antedichas localidades que aspiren a ser socorridos con la parte de renta destinada a la celebración de misas en sufragio de las almas de la fundadora Excelentísima Sra. D.<sup>a</sup> Josefa del Collado y Ranero, primera Marquesa de Revilla de la Cañada, de su esposo el Ilustrísimo Sr. D. José Caballero del Mazo, y padres de ambos.

Madrid, 21 de Febrero de 1924.—El Secretario.—*Cándido Vázquez.*

---

## BIBLIOGRAFIA

---

COLECCIÓN DE DIÁLOGOS EN VERSO PARA OFRECER LAS NIÑAS LAS FLORES DE MAYO, por el R. P. Bonifacio Sáinz, de las Escuelas Pías.

El editor de Madrid, don Bruno del Amo, acaba de publicar en folletos de 32 páginas cada uno, unos preciosos diálogos en verso del P. Sáinz, Escolapio, muy a propósito para honrar a María Santísima en el mes de Mayo y para extender entre las niñas el amor y devoción a la Madre del Amor

Hermoso, por lo que no dudamos en recomendarlos al venerable clero de esta diócesis.

Los pedidos a don Bruno del Amo, Toledo, 72, MADRID.

---

### La pastoral del Primado

Publicada por la *Revista Social y Agraria*, órgano de la *Confederación Nacional Católico Agraria*, ha aparecido una edición de propaganda de la Pastoral del Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo, referente a la Acción Católica, con motivo de haberse hecho cargo de su jefatura y dirección en España, por especial delegación de S. S. el Papa Pío XI.

No hay que decir lo conveniente que será la difusión del citado documento entre cuantos dirigen o intervienen realmente en las obras de Acción Católica. Por eso es utilísima esta edición, de la que se pueden adquirir ejemplares, a su coste, en las oficinas de la *Confederación Nacional Católico Agraria*, Amor de Dios, 4, segundo, enviando su importe: 6 pesetas los 100 ejemplares.

---

## NECROLOGIA

---

Ha fallecido D. Patricio Pereña Martín, Párroco jubilado de Villares de la Reina.

Pertenecía a la *Hermandad de Sufragios espirituales del clero* y tenía acreditado el cumplimiento de las cargas, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el alma del finado.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.